

## ПРИЛОЖЕНИЯ.



Слѣдующіе тексты служать оправдательными или пояснительными документами къ биографії Боккаччо.

I. *Вѣнчальная рѣчь Заноби да Страда*<sup>1)</sup>, впервые являющаяся въ печати, издается по тремъ рукописямъ. Копія съ вѣнской рукописи.<sup>2)</sup> любезно доставлена была мнѣ акад. И. В. Ягичемъ; варьантами лейпцигской<sup>3)</sup> и флорентинской<sup>4)</sup> я обязанъ проф. Вольнеру и директору библіотеки Риккарди, Соломону Морпурго. Главная работа по конституированію текста принадлежитъ проф. И. В. Помяловскому. Всѣмъ участникамъ изданія приношу мою искреннюю благодарность.

Рѣчь Заноби интересна, какъ документъ къ исторіи современного Петrarкѣ и Боккаччо гуманистического движенія въ Италии, характеръ котораго выяснится тѣмъ болѣе, чѣмъ ближе мы познакомимся съ его праисторіей<sup>5)</sup>, съ его грегаріями, съ его средними и малыми величинами. Къ нимъ принадлежитъ и Ioannъ Кабаллини или Кабалли деи Черрони съ его *Polistoria*: трактатомъ о римскихъ древностяхъ по поводу описанія Рима<sup>6)</sup>. На значеніе

1) Сл. выше стр. 167.

2) Cod. Vindob. 4488, fol. 112 слѣд. Сл. Denis, Cod. MSS. Theolog. Bibl. Pal. Vindobonensis I, col. 508.

3) Унив. библ. cod. Ms. 1269; о ней сл. Friedjung, Kaiser Karl IV, стр. 308.

4) Cod. Laur. XC inf. 14, c. 151; сл. Mehus, Vita Ambrosii Traversarii, стр. CXC и Bandini, Cat. Cod. Lat. Bibl. Laur. III, col. 735—6, § IV.

5) О маэстро Бонкомпаньо, какъ одномъ изъ предшественниковъ гуманизма въ началѣ XIII-го вѣка, с. Carl Sutter, *Aus Leben u. Schriften des Magisters Boncompagno*. Freiburg i. B., 1894.

6) Сл. выше стр. 76, прим. 1.

этого труда, стоящаго на перепутьи между легендами *Mirabilia* и научными вожделениями гуманистовъ, указалъ Graf<sup>1)</sup>). Къ двумъ, доселъ известнымъ спискамъ Полисторіи, новарскому, описанному Andresомъ, и вольфенбюттельскому, которымъ пользовался Urlich<sup>s</sup><sup>2)</sup>, присоединю и еще одинъ, XIV-го вѣка, какъ и предыдуще, принадлежащи Императорской Публичной библіотекѣ, Лат. F. v. IV, № 1, пергаменный на 52 листахъ (новой номерации). Въ новарскомъ спискѣ заглавіе такое: *Incipit prologus polistorie Ioannis Caballini de Cerronibus, de urbe apostolice sedis scriptoris ac Canonici sancte Marie Rotunde de eadem urbe. De virtutibus et dotibus Romanorum ipsorumque imperatoris et pape, singularibus monarchiis de aliis incidentiis eorundem;* въ началѣ перечня главъ читается: *Polistoria Ioannis Caballini de Cerronibus de urbe et dignitatibus Romanorum.* Рукопись списана для Giovanni di Capogallo, впослѣдствіи (съ 1398 г.) епископа Новары, тогда еще абата San Paolo въ Римѣ; стало быть, до 1398-го года. — Петербургскій списокъ, писанный крайне неряшливо, представляя отличія: *Incipit prologus polistorie Iohannis Petri Caballi de Cerronibus de urbe apostolice sedis, de virtutibus et dotibus (пропущено: romanorum) ipsorumque imperatoris et pape, secularibus monarchiis et aliis incidentiis corundem romani scriptoris* (послѣднія слова попали не въ свое мѣсто); въ началѣ росписи главъ: *Prologus polistorie Iohannis Petri Caballi de virtutibus imperatorum;* въ концѣ помѣтка писца: *scriptum nona die mensis Ianuarii anno domini MCCCLXXX septimo per me fratrem Guillelmum Blancherii ad utilitatem legentium precedentem librum, которую сообщилъ ему reverendissimus pater dominus cardinalis sancti Saturnini.*

Urlich<sup>s</sup><sup>3)</sup> указываетъ на время написанія Полисторіи: между 1345-мъ годомъ, годомъ убіенія короля Андрея неаполитанскаго,

1) *Roma nella memoria e nelle immaginazioni del medio evo*, I, стр. 72 слѣд.

2) *Codex urbis Romae topographicus*, стр. 181 слѣд.

3) L. с. стр. 194.

о чёмъ упоминается<sup>1)</sup>, и 1347-мъ, годомъ вѣнчанія Петрарки, о которомъ составитель, очевидно, не знаетъ.

II. *Новелла о Керико изъ Александрии* уже издана была Lami<sup>2)</sup> и Zambrini<sup>3)</sup>. С. Морпурго доставилъ мнѣ ея текстъ въ новомъ болѣе точномъ спискѣ съ той-же рукописи<sup>4)</sup>. Печатаю ее ввиду вопросовъ, поставленныхъ выше<sup>5)</sup>: обѣ отношеніи Боккаччо-художника къ непосредственнымъ источникамъ его новелль. Работы и замѣтки, посвященные разсказамъ Декамерона, продолжаютъ являться; укажу на остроумное сближеніе боккачьевской новеллы-анекдота о Гвидо Кавальканти (Дек. VI, 9) съ эпизодомъ обѣ его отцѣ въ кругѣ дантовскихъ ересиарховъ<sup>6)</sup>; на замѣтку Кроче, что въ Дек. X, 1 дѣйствующимъ лицомъ является Альфонсъ X-й<sup>7)</sup>. Литературный источникъ Декамерона имѣть ввиду статья Скофильда, любезно доставленная мнѣ ея авторомъ<sup>8)</sup>; замѣчу по ея поводу, что для уясненія художническихъ пріемовъ Боккаччо важенъ не подборъ параллелей и не предположительное возстановленіе вѣроятнаго оригинала, а точное его опредѣленіе, если оно возможно; лишь на такой основѣ можно будетъ прочно поставить эстетическій и стилистический разборъ Декамерона, которымъ задавались Tribolati<sup>9)</sup> и Cappel-

1) Сл. въ нашей ркн. л. 39 лиц.: *infelix et proditoria mors illustris et innocentis principis regis Andrei immolati.*

2) *Novelle letterarie di Firenze*, впослѣдствіи въ его-же Appendice all'illustrazione istorica del Decameron del Boccaccio. Milano, Pirotta, 1820.

3) Due novelle antiche anteriori al Decameron del Boccaccio, che servirono d'argomento a due bellissime istorie contenute in esso divin libro. Genova, Bernabb Lomellin, MDCCCLIX.

4) Riccardiana cod. 1103, s. XV, c. 160—164.

5) Сл. выше т. I, стр. 473.

6) Fraccaroli, Il cerchio degli eresiarchi въ Biblioteca d. scuole class. ital. an. VI, ser. 2-a, № 17.

7) Benedetto Croce, Primi contatti fra Spagna e Italia, изъ Atti dell'Accademia Pontaniana, v. XXIII, Napoli, 1893, стр. 15.

8) Henry Schofield, The source and history af the seventh novel of the seventh day in the Decameron, изъ Harvard Studies and Notes in Philology and Literature, v. II, 1898.

9) Diporti letterari sul Decamerone del Boccaccio.

letti<sup>1)</sup>.—Въ печатаемой мною новеллѣ видѣли источникъ Декамерона II, 9; наблюденія бывшаго моего слушателя, Д. К. Петрова, привели его къ двумъ возможнымъ заключеніямъ: что разсказъ Декамерона — обработка нашего, анонимнаго, либо что тотъ и другой восходятъ къ одному общему источнику, хотя послѣднее заключеніе представляется менѣе вѣроятнымъ.

Интересно, что въ обоихъ новеллахъ мѣстомъ дѣйствія является Генуя, образцомъ женской вѣрности генуэзца. Такъ уже въ извѣстной пьесѣ Raimbaut de Vaqueiras, гдѣ она глумится надъ навязчивымъ трубадуромъ. Характеристика генуэзскихъ женщинъ у одного испанскаго путешественника первой половины XV-го вѣка даетъ нашимъ новелламъ бытовую подкладку: генуэзы разбрелись по всему свѣту, говорить Тафуръ; въ другихъ странахъ цѣломудріе женъ пострадало бы отъ такого удаленія мужей, но генуэзки такъ славятся своей доблестью, что съ трудомъ найдется между ними какая-либо, которую заподозрили бы въ прелюбодѣяніи, а которую уличать, той не миновать смерти<sup>2)</sup>.

III. Новелла Jacomo di Giovanni di Ser Minoccio cittadino di Siena списана была мною давно тому назадъ изъ Cod. VII, 7, 705 національной библіотеки во Флоренціи, и я тогда-же призналъ въ ней стихотворный пересказъ одного эпизода Filocolo, вторично обработанного въ Декамеронѣ<sup>3)</sup>. Pasquale Papa<sup>4)</sup> не угадалъ этого источника<sup>5)</sup>. Содержаніе поэмы, состоящей изъ 62-хъ главъ, слѣдующее: авторъ влюбленъ, но не встрѣчаетъ взаимности; по-

1) Studi sul Decamerone. Объ отношеніяхъ исторического анализа литературового произведения къ его эстетическо-психологической оценкѣ сл. замѣтки у Rodolfo Renier, *La Vita Nuova e la Fiammetta*, стр. VII—VIII.

2) *Andanças e viajes de Pero Tafur per diversas partes del mundo avidas*, ed. Jimenes de la Espada въ Coleccion de libros espaňoles raros e curiosos. Madrid, 1874, I, 18.

3) Сл. выше т. I, стр. 498 слѣд.; т. II, стр. 625.

4) Un capitolo delle Definizioni di Jacomo Serminocci, poeta senese del secolo XV. Firenze 1887 (Nozze Renier Campostrini).

5) На что указалъ впослѣдствіи Rajna, *Le Corti d'Amore*, 1890, прим. 45 на стр. 74.

груженный въ печальныя думы, онъ сидить у родника на лугу, разстилавшемся на верху лѣсистой горы. Въ этомъ положеніи застаетъ его нимфа охотница, за которой слѣдуютъ шесть другихъ; съ ними шесть юношѣй, нагруженныхъ добычей. Поэтъ сообщаетъ нимфѣ о причинѣ, заставляющей его горевать; онъ жаждетъ смерти; нимфа ободряетъ его и приглашаетъ раздѣлить съ ними трапезу, послѣ чего рѣшено обождать въ тѣни, пока не спадеть жаръ, и заняться бесѣдой: нимфа выбрана предсѣдательницей, дѣвушки и молодые люди поочередно выступаютъ съ вопросами, которые обсуждаются, а предсѣдательница объявляетъ свое рѣшеніе. Всѣхъ вопросовъ тринадцать, изъ нихъ 1, 10, 12 и 13-ї являются въ формѣ новелль; обсужденіе распределено по категоріямъ судоговоренія: Quaestio, Intentio, Appellatio, Confirmatio. По окончаніи бесѣды, всѣ отправляются на охоту, остается поэтъ, по прежнему тоскуя и изливая свою желчь противъ женщинъ. Какой-то прохожій юноша пытается утѣшить его разсказомъ о своихъ собственныхъ любовныхъ злоключеніяхъ, но напрасно. Оставшись одинъ, поэтъ готовъ заколоть себя, но храбрости у него не хватаетъ, и во время явилось соображеніе, что, въ сущности, все дѣло не въ женщинахъ, а въ немъ самомъ, упрямствующемъ въ чувствѣ, котораго она не раздѣляетъ. Это его успокаиваетъ, и онъ идетъ домой, отложивъ мысль о смерти.

Ясно во всемъ разсказѣ вліяніе Филоколо, и не только въ эпизодѣ «любовныхъ бесѣдъ»<sup>1)</sup>, но и въ фигурѣ случайного утѣшителя<sup>2)</sup>. Авторъ *Definizioni*<sup>3)</sup> питался наслѣдіемъ Боккаччо и принадлежить къ его, чаще всего безталанному наслѣдію XV-го вѣка.

С. Морпурго свѣрилъ мою копію съ оригиналомъ новеллы; онъ-же держалъ послѣднюю корректуру № II и ему принадлежать сопровождающія его примѣчанія.

1) Сл. выше т. I, стр. 160 слѣд., 165 слѣд.

2) Л. с. стр. 158—9.

3) Род. въ 1417 году, † послѣ 1477, сл. Rua, л. с. стр. 8.



# I.

## Oratio domini Zenobii florentini ad Karolum quartum Romanorum Imperatorem in commendatione famae<sup>1)</sup>.

---

Stat sua cuique dies; breve et irreparabile tempus  
Omnibus est vitae, sed famam extendere factis  
Hoc virtutis opus (Virgilii Aeneidos x<sup>0</sup>. (v. 467)).

Saepe me admonere soleo, gloriosissime caesar, ne hanc qualem-  
cumque ingenii mei conditionem officio publicae orationis experiar  
neve velim, quod in placido libellorum meorum comitatu minus  
perfecte fortasse aliquando otiosus didici, negotiosus tandem magno  
cum periculo in praesentia loqui, utpote et qui ingenio parum,  
arte minus, exercitio minimum valere me sentiam. Habebam non  
parvos huius meae admonitionis auctores. Memineram priscos  
viros omni, quae ad eloquentiam requiritur, arte compositos pluri-  
misque, quae ad oratorem perficiendum sola natura dare potest,  
magna cum omnium admiratione dotatos, vereri semper ac pave-

---

1) Такъ озаглавлена рѣчь въ вѣнскай рукописи. Въ лейпцигской она над-  
писана иначе: *Oratio Zebon (?) Zenobii de Florentia in laureatione sua ad Karolum Quartum romanorum imperatorem semper augustum et Bohemiae regem de Fama, extra cathedralem ecclesiam Pisanam mane Ascensionis Domini pridie Idibus Maji in praesentia Domini Ostiensis aliorumque praelatorum, principum et nobilium multitudine numerosa.* — Въ флорентийскомъ спискѣ заглавіе такое: *Ad serenissimum imperatorem Carolum Quartum et Bohemiae regem de Fama, extra cathedralem ecclesiam Pisanam im mane Ascensionis Domini in praesentia Domini cardinalis Ostiensis et aliorum praelatorum Zenobii de Strada poetae Florentini oratio incipit.*

scere, quotiens in commune sua trahebatur oratio. Legebam mirabilem illum Crassum, cuius divinum ingenium immortalitate dignum tantis Cicero laudibus extollit, adeo pertimuisse facies hominum, ut in principio orationis semper albesceret. Sciebam quam periculum esset judicia tentare aurium, quae, Cicerone nostro testante, cum oratorem perficiunt, superba admodum et indignantia sunt. Nec ignorare poteram, quod saepe mihi ad profundum mentis fixeram, non satis esse bene bona dicere, nisi in quadam audientium admiratione incredibili quadam dicensi magnitudine sese orator advertat, cum secundum Plinium orationi et carmini parva sit gratia nisi eloquentia summa sit<sup>1)</sup>. At quid erit quod in magna principum et doctissimorum virorum frequentia admirabile seu summum videri debeat, cum illis pro rerum gestarum magnitudine, istis pro ingeniorum suorum profunditate minus videri possit omne quod dicitur? Sentiant, ut volunt, ceteri, ego vero jam dudum mihi suasi verum illud esse quod dicebam ad virum magnificum dominum Nicolaum Melfiae magnum regni Siciliae senescalcum, studiorum meorum ab annis adolescentiae promotorem, et, ut cum Virgilio loquar, Mecenatem meum: nam quotiens itinerantibus nobis et ad te, caesar, festinato gressu proficiscentibus ille me ad hujusmodi actus impelleret, respondebam timere hominum conventum considerantis esse, non timere vero aut confidentis aut dementis. Quod si pertimescenda sunt aurium quarumcumque judicia, quanto magis et principum, nec tantum principum, sed eorum, quos sive illius more saeculi, sive magis ad inexplicabilis maiestatis testimonium divos in terris nominavit antiquitas? Haec omnia itaque etsi ut taceam mihi suadeant, invictissime cesar, ne forte tam sacras aures ruditis nimium et incultus sermo offendat, vincit tamen meum tacendi propositum patientia tua, plusque apud me illa valet ut loquar, quam conscientia meae parvitatis, ut taceam. Cujus quidem patientiae etsi toto terrarum orbe gloriosum famae testimonium habes, petitam tamen a te impetrata.

1) Ep. V, 8.

tamque veniam velim, ut illam meis in rebus testis experiar. Ea enim cum majoribus in agendis praecipue cernitur, tum etiam maxime in audiendis patienter sermonibus comprobatur. Hujus ergo cum iam ipsa me serena facies tua certum faciat, ne exordiendo amplius modum excesserim, invocato, ut bene et religiose fieri solet, divino prius auxilio, debinc favore tuo (cum neque recte aliquid inchoetur, nisi post deum faverit Imperator), uno praemisso, quod cum apud famosissimum principem loquar, de fama erit qualicumque hic sermo meus, jam tactum superius Virgilianum thema recipio.

Stat sua cuique dies etc. Nolo, dive caesar, pro novitate thematis si forte miretur quispiam, inexcusatus incipere, quod praeter omnium pene mores verba Dei et sacrarum scripturarum themata relinquam, carmen poeticum in proponenda oratione suscipiam. Illud enim si quis miratur, attenderit Tullii dictum secundo de Natura deorum<sup>1)</sup>: neminem virum magnum fuisse sine divino afflato; profecto quodcumque ab hujusmodi praecipuis viris bene dictum est, non tantum judicabunt poeticum, sed divinum. Neque hujus tantae praeelectionis meae causa est, ut haec sacri canonis scriptis anteponam vel comparem, sed quia familiaritas major cum his illustribus viris me reddit ad eligenda in illis themata promptiorem. Et haec pro excusatione thematis.

Ut intenta iam prosequar: inter alia, quae non humano tantum, sed toti animantium generi natura, sive ipse naturae opifex Deus tribuit, illud praecipuum est, ut quoad possint se ipsa tueantur fugiantque contraria. Nec hoc priores nostri in animantibus tantum, sed novo quodam appetitus genere in arboribus, elementis<sup>2)</sup> atque omnino insensibilibus senserunt. Quae res nisi per se ipsam eniteret (utpote, quae ad sensum patet), poterat ad fidem faciendam primo de Officiis intervenire Tullius, tertio De consolatione Boetius. Hunc autem sui ipsius conservationis appetitum, quantum

1) II, 167.

2) Plantis?

mihi plurima percurrendo vidisse fas fuit, philosophi ipsi tripli-citer diviserunt, ut primum dicerent individui, secundum speciei, tertium nominis: primum quidem rebus omnibus voluerunt esse communem, hominibus ac belluis, arboribus et plantis, sic et non sensibilibus et omni penitus vitae ratione carentibus, ut ceteris; secundum adhuc minus communem esse, tertium vero tantum hominibus convenire. Primus quidem est individui ad se ipsum, unde ad tuendum hoc vitale individuum videmus primo adeo intentos homines, ut non vitalibus tantum alimentis se ipsi conservent, sed ad tuendam hanc qualicumque corporis animaeque congeriem multiplices suae defensionis artes atque instrumenta reperierint. Nec bruta minus videamus pastum quaerere, et ad tuendam vitam alia gramineis campis, alia nemoribus, alia domesticis atque, ut ita dicam, locis humanis utuntur; aliis natura velocitatem dedit, alias quoque unguibus armavit et morsibus; similis quoque esset de volatilibus et reptilibus ratio; hinc et vegetabilia etiam non ignoro sic in loco singula conservari: sicut secundum Aristotelem corrumpuntur in tempore, locis sibi (ut Boetius ait) convenientibus haerent, ut alia pratis, alia montibus, alia paludibus, alia siccis arenis, alia sationalibus in agris, alia in hortis, alia nemoribus oriantur, alia silvis gaudeant, alia intacti et solidi soli parvo admodum humore contenta sint. Quod ne forte putas praeterisse Virgilium, audi illum Georgicorum primo [v. 54]:

Hic segetes, illic veniunt felicius uvae;  
 Arborei fetus alibi atque injussa virescunt  
 Gramina. Nonne vides croceos ut Tmolus odores,  
 India mittit ebur, molles sua thura Sabaei?...  
 Continuo has leges aeternaque foedera certis  
 Imposuit natura locis,

et cetera. Multa quoque et de inanimatis dicenda suppetunt, quae praetereo.

Sed et secundus appetitus dicebatur speciei, qui tantum sensibilibus et vegetabilibus convenit. Cogitant enim talia indivi-

dua, dum perpetuam ducere vitam nequeunt, sibi simile ali-  
quid gignere, ut sic succesiva quadam perpetuitate serventur.  
Hinc ergo terrestrium et volatilium fetus, hinc pullulantes plan-  
tae, hinc multiplicatio seminum et quidquid talium multiplicatur  
aliquo modo vel gignitur.

Sed ne longius ista tractando sperato tardius oporteret pro-  
sequi principale propositum, erat tertius appetitus, nominis ut di-  
cebam, quem non fortuna, non casus, sed natura ipsa magistra  
atque dux optima nobis indixit. Siquidem iste, ut primo dicebam,  
appetitus non volatilibus, non reptilibus, «et quae marmoreo fert  
monstra sub aequore pontus»<sup>1)</sup> communis est, non insensibilibus, sed  
humano tantum generi natura inpellente donatus est. Hinc est  
enim illa quaecumque vita quae, ut more majorum loquar, et iam  
in hac vita (neque enim de vita futura mihi sermo est) famosos  
viros conservat, ut saepe nonnullos cum illustribus mortuis magis  
conversari delectet, quam cum viventibus ignavis. Haec est, dico,  
illa vita, quae ut majores voluerunt, citra deos, hoc est, intelligentias separatas, et ultra bruta nos provehit, quorum siquidem ap-  
petitus ad id solum, quod praesens est, se accomodat, nihil se promo-  
vens ad futurum. Hinc ergo egregiis viris curam esse propa-  
gandi nominis videmus; hinc enim apud illustres priscos magnorum  
negotiorum gesta, belli domique perfecta sunt, hinc literarum  
monumenta, hinc urbium principia, hinc ingentia et erecta in cae-  
lum edificia, hinc marmorea templa, et erectae turres ad sidera; hinc  
enim qualecumque potuit invenit natura medium, ut, si per-  
petui esse non possumus, saltem, ne more bestiarum vixisse  
videamur, egregiorum factorum nostrorum famam et operum  
suorum exemplaria ventura longe posteritas inveniret, ne si tor-  
pescendo vitam silentio duceremus, aeternas nobis tenebras decer-  
neremus et damno etiam posteris videremur, quod praeclarissime  
in principio Catilinarius Sallustius advertebat dicens: Omnes ho-  
mines qui sese praestare ceteris animalibus student, summa ope

1) Virgil. Aen. VI, 729.

niti decet, ne vitam silentio transeant uti pecora quae natura prona  
 atque obedientia ventri finxit. Sed postquam, ut dico, hoc nobis  
 desiderium sit a natura tributum, ut vivendo vitam nobis posteram  
 indagemus, tamen, ut a Tullio nostro tertio Rheticorum habe-  
 mus, nihil est quod aut natura extremum invenerit aut doctrina  
 primum. Ex quo vero colligi potest non satis esse in nobis optimos  
 et naturales appetitus, nisi illi in nobis arte et doctrina perficiantur,  
 et eo certe magis quaerenda est regula et doctrina in rebus me-  
 morabilibus, de quibus futura est haec qualiscunque collatio, quod  
 secundum medicos vita brevis, ars vero longa est, immo magis ars  
 ipsa difficilis. Quid enim tibi difficilius inter humana negotia quis-  
 piam dederit, quam id agere, dum vivis, unde, dum mortuus fueris,  
 vivas? Quod bene profecto advertens praceptor ille Virgilius (quem  
 secundum Macrobius<sup>1)</sup> nihil latuit, nullius disciplinae error invol-  
 vit, utpote praeco ingens et doctor vitae et praeclarissimus poeta  
 quidem, secundum Augustinum primo De civitate Dei [c. III], magnus  
 et optimus, et secundum eundem in eodem XXI° capitulo VI°  
 poeta nobilis), proposita prius brevitate temporis, factis illustribus  
 ac virtute conspicuis insistendum esse, ne tamquam non fuerimus,  
 moriamur, in propositi thematis verbis eleganter ostendit dicens:  
 «Stat sua cuique dies» etc. In quibus quidem verbis, quantum me in-  
 curia dividendi sermocinantium more cogitare permisit, tria bre-  
 vissime Maronea illa tuba monstrat: primo namque ostenditur  
 praefixi nobis temporis sine ulla exceptione necessitas, quia «stat sua  
 cuique dies»; secundo percurrentis vitae nostrae sine ulla repar-  
 tione brevitas, «quia breve et irreparabile tempus omnibus est vi-  
 tae»; tertio propagandi nominis pro aliquali compensatione donata  
 nobis utilitas, «quia famam extendere factis hoc virtutis opus».

Primo ergo «stat sua cuique dies», ubi ostenditur praefixi nobis  
 temporis sine ulla exceptione necessitas, quia stat, id est praefixa  
 est, immobilis est sua cuique dies, id est tempus vitae vel terminus,  
 nam secundum Servium feminino usus est genere, cum enim

1) Comm. in Somn. Sc. II, 8, 1.

masculino utimur, re vera diem significamus, non vitam. Sane hic non mediocriter attendendum, inclite caesar vosque viri proceres et egregii: duas enim, si bene legisse memini, philosophorum sectas reperio adversas sibi atque omnino contrarias, quorum alii nihil casibus et fortunae subjectum fore, sed omnia fato subjecta esse posuerunt, ut stoici, alii vero, ut epicurei, nihil fatali urgeri necessitate, sed omnia casibus casuum temeritate procedere. Hi generari infinitis mundum ex atomis et corrupti, Cicerone nostro testante, cum naturam deorum dixit, voluerunt; quod vero primi fatum intelligerent, quaere Augustinum quinto de Civitate Dei, capitulo VIII et XI°, ubi tam copiose quam curiose ista tractantur. Secundum ergo primos dicunt aliqui locutum esse Virgilium hic in X°, et de morte Didonis in IV [v. 697]: Sed misera ante diem subitoque accensa furore. Ego vero, ut clarus, quid exinde Virgilius pro veritate sectarum intellexerit, quantum videre licet ostendam, id dicam, quod saniores intelligunt: corporibus enim caelestibus nemo dubitavit corpora humana subjecta esse, non animos, et ab his tamquam a causis adeo vitae nostrae praefigi terminum, ut vel solum mali regiminis causa, vel sinistro casuum eventu ab eo termino citra deficere liceat, sed non ulterius tendere. Neque hoc sic exponentes putant esse debere a ratione veritatis alienum, nam sicut ignis agit in oleum ad determinatum tempus, sic et calidum in humidum, quod apertissime sentire videbatur Albertus in libro De morte et vita capitulo ultimo, ubi ait: Periodus vitae est mensura caelestis quae completur in vita, adjuvantibus illam caelestibus per circuli virtutem et eorum quae in circulo sunt siderum, et ideo illae virtutes continuo influunt generato ex ortu et occasu siderum continue super vitam scintillantium ad juvandum vel infirmandum primam virtutem caeli, quae influxa est nato in casu primo seminis. Et hoc, quia expleatur per circulum, periodus vocatur. Neque ex hoc tamen negatur casus neque ex hoc ponitur ulla humanae libertati necessitas; ita enim credere causantibus sideribus et caelo omnia fatali necessitate procedere absurdissimum esset et a religione veritatis extraneum, unde et contra hos disputat Augustinus, ubi

supra, et Gregorius alibi. Absit a fidelium mentibus, ut fatum aliquid esse dicamus, sed tamen si praefigi nobis isto modo vitae terminum et christiana religione conceditur, tunc «stat sua cuique dies», id est a caeli et siderum motibus praefixa est, quod a quibusdam fatum caeleste dicitur, non tamen illud caeleste generaliter, quod dicebant primi. Triplex enim ego fatum reperio, unum caeleste, quod dividi posset, ut iam patet, secundum poeticum, tertium divinum. De caelesti satis dictum est, de poetico aliquid infra dicetur, mox vero de tertio. Sed quia sermo de fato sacris doctoribus est abhorrendus, praecipue propter vocabulum, ideo, ut securius et altius loquar et quomodo profundissime credo intellexisse Virgilium, dicamus periodum vitae hominis praefigi sibi ab ipsa divina providentia, quae dicitur fatum divinum, et tunc stat, id est stabilita et praefixa est hominis vita ab illa dei providentia quae cuncta disponit. Quod autem ista fuerit intentio Virgilii satis ex sequentibus monstrari posset: ex verbis Jovis ad Herculem, nisi alias mea festinaret oratio. Siquidem non parum interest, praefigere siderum et hujus divinae providentiae: in sideribus enim, ut dictum est, praeveniri potest ultimum, sed non praeteriri, hanc vero dei providentiam vel festinando vel praetereundo non fallimus: neque enim citius quisquam moritur quam deus providerit, neque ultra progreditur. Quinimmo audi verbum grande beati Gregorii XVI Moralium [c. X]; ubi cum super illo verbo Job: «qui sublati sunt ante tempus suum» multa de divina providentia disputasset, tandem concludit: neque alio in tempore quisquam mori potuit, quam in illo, in quo moritur. Quomodo autem solvatur contingens mortis et vitae, alterius est speculationis, non meae, sed eorum, quorum doctrina fides nostra est: timide enim et minus libenter<sup>1)</sup> de hac materia loquor, sed ut videtis invitum me prima thematis particula sic coegit. Sed tamen ex dictis multa solvuntur quae non mediocribus viris in Virgilio dubitatione digna sunt: ut illud Aeneidos 4<sup>to</sup> [v. 653]: Vixi et quem dederat cursum fortuna peregri, et in eodem [v. 697]: Sed misera ante diem; in eodem etiam de imprecatione moriturae Didonis contra Aeneam

1) Лейпц. ркн. bis libenter. Можетъ быть: dislibenter.

[v. 620]: Sed cadat ante diem, et Aeneidos VI<sup>o</sup> [v. 429] et XI<sup>o</sup> [v. 28]: abstulit atra dies et funere mersit acerbo, et in eodem XI<sup>o</sup> [v. 166] de ploratu Evandri pro morte filii sui Pallantis: Quod si immatura manebat Mors natum; multaque id genus quae ex dictis facillime solvuntur. Nemo igitur miretur sic Virgilium suam omnibus diem statuisse, cum etiam apud sacri canonis scripta eadem fere ad litteram verba legamus, ut pro concordantia tam secundae quam primae particulae faciat illud Job XIV, 5: «breves dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est, constituisti terminos ejus qui preteriri non poterunt». Super quo verbo egregie Gregorius XII Moralium ad clariorem intellectum tam secundae quam primae particulae—et erit finis primae partis: breves, inquit, dies hominis sunt, hoc enim velut non esse considerat, quod tanta velocitate transcurrit; quia vero apud omnipotentem Deum etiam labentia stant (Ecce: stat sua cuique dies), apud eum esse numerum nostrorum mensium perhibet. Quod sequitur: Constituisti terminos ejus qui praeteriri non poterunt, ubi Gregorius: nulla, inquit, quae in hoc mundo sunt, absque omnipotentis consilio dei eveniunt, nam cuncta Deus futura praesciens ante saecula decrevit, qualiter per saecula disponantur. Nam si Ezechiae regi annos XV addidit omnipotens Deus, cum eum mori permisit, tunc eum praescivit esse moritum, qua in re questio oritur, quomodo ei per prophetam dicitur: dispone domui tuae, quia morieris tu et non vives? cui cum mortis sententia dicta est, protinus et ad ejus lacrimas vita est addita. Sed per prophetam dominus dicebat, quo tempore vir ille mori merebatur, per largitatem misericordiae illo eum tempore ad mortem distulit, quod ante tempora ipse praescivit; nec propheta igitur fallax est, quia tempus mortis innotuit, quo vir ille mori merebatur, nec divina statuta convulsa sunt, quia ut ex largitate Dei anni crescerent, hoc quoque ante saecula praefixum fuit, atque spatium vitae quod inopinatae foris additum sine augmentatione in praescientia fuit intus statutum. Bene ergo: constituisti terminos ejus, qui praeteriri non poterunt. Haec originaliter Gregorius ubi supra.

Nunc ad secundam partem thematis brevissime, quae jam ex dictis patere potest, quia: «*Breve et irreparabile tempus omnibus est vitae*», ubi ostendebatur percurrentis nostrae vitae sine ulla reparatione brevitas, quod ille certe melius vidit, qui non tantum breves dies hominis, sed nihil esse monstrabat Job VII [v. 16]: *Parce mihi, Domine, nihil enim sunt dies mei; aliter vero: quia nihil umbra fugacius, nihilque brevius, dies hominis umbrae comparabat Paralipomenon XXXVIII<sup>o</sup>* [I, 29, 15]: *Dies mei quasi umbra super terram et nulla mora est.* Et Africano 2<sup>o</sup> superior *Africanus*, dum ille quaesisset, an viveret ipse et Paulus pater aliquie, quos nos extinctos esse arbitramur: *Immo vero, inquit, hi vivunt, qui corporis vinculis tanquam e carcere evolaverunt, vestra vero, que dicitur vita, mors est.* Ita enim audita morte filii *Anaxagoras* dicebat: *Quid enim novi hominem mori, cuius tota vita nihil aliud quam ad mortem iter est?* Ita Seneca de consolatione fratris ad *Polybium et Valerii V<sup>o</sup> capitulo ultimo de his qui mortem filiorum forti animo tulerunt.* Bene ergo «*Breve et irreparabile tempus omnibus est vitae*». Nonne homo natus de muliere brevi vivens tempore et fugit velut umbra, Job XII<sup>o</sup> [XIV, 2]? Umbrae enim transitus est tempus nostrum et non est reversio, Sapientiae 2<sup>o</sup> [5]; pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas regumque turres, o beate Sesti, vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam, Horatii primi carminum oda IIII. Ergo et non inconvenienter poetae doctissimi hanc fugacem et brevissimam vitam nostram filis comparaverant, ponentes siquidem nostri temporis deas, quae, quod superius dicebam, fatum poeticum appellantur, quae sunt *Clotho, Lachesis et Atropos*, suis illas officiis distinguentes, ut prima colum impleret, secunda fila duceret, tertia vero fila truncaret, a quibus siquidem deabus vitae nostrae integumentum ex earum interpretatione collegimus. Siquidem Clotho conversio dicitur, quae significat vitae nostrae principium generationemque, quae est progressus de non esse ad esse; *Lachesis* sors interpretatur, quae significat vitam nostram quam continuo vivendo sortimur; *Atropos* sine ordine dicitur, per quam intelligitur vitae finis qui saltem

apparentem ordinem non habet, juxta illud Senecae de consolatione fratris ad Polybium [Dial. XI, 11, 14]: omnes, immo omnia in ultimum diem spectant, non idem omnibus finis est. Alium in medio cursu vita deserit, aliud in ipso aditu relinquunt, aliud in extrema senectute fatigatum et jam exire cupientem vix emittit: alio quidem atque alio tempore, omnes tamen in eundem locum tendimus. Et sic verum est illud Claudiani de raptu Proserpinae [III, 411]: nullo Lachesis discrimine saevit; hinc est quod in quodam carmine meo dixisse me recolo:

Nunc sine lege cadunt homines atque ordine nullo,  
Saevit atrox Lachesis: juvenes nunc impia tollit  
Indole surgentes nimia rebusque secundis,  
Infantesque cadunt alii, caelumque videre  
Vix datur; huic tristis servator vita senectae.

Has insuper tres deas posuerunt diras, indomitas, ferreas, immobiles, inexorabiles non aliam ob causam, puto, nisi ut staret sua unicuique dies. Ita Seneca tragediarum suarum tragedia prima [H. F. 181]: durae peragunt pensa sorores, et (Statius) Thebaidos VI [45] de verbis Adrasti ad Lycurgum pro morte Archemori: ipse datum quotiens intercisoque tumultu conticuit stupefacta domus, solatur Adrastus alloquiis genitorem ultro nunc fata recensens resque hominum duras et inexorable pensum. Et Thebaidos primo [327]: seu fors illa viae sive hac immota vocabat Atropos; et in eodem [III, 555]: ne ferrea Clotho. Bene ergo dicebas, egregie vates Maro Virgili: Breve et irreparabile tempus omnibus est vitae. Ita Seneca, ubi supra: durae peragunt pensa sorores, nec sua retro fila revolvunt. Igitur bene Georgicorum primo [284]: Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Potest autem, nisi stilum mutes, patientissime caesar, haec vitae vera brevitas designari maxime propter tria, nam et propter breve spatium, propter velox medium et propter imminens periculum. Jam enim de brevitate satis dictum est, velox vero medium est tempus, quod cum secundum philosophos sit motus caeli propria passione, nemo potest ejus celeritatem satis imaginari nec dicere; nempe

enim, ut ex verbis Vellei ad Balbum optimum oratorem [N. D. I, 24] Cicero meus dicebat, caelum ea velocitate contorquetur, cui nulla par ne cogitari quidem nec esse potest; bene ergo Metamorphoseos [X, 519]: «labitur occulte fallitque volatilis aetas Et nihil est annis velocius»; «eheu fugaces, Postume, labuntur anni, nec pietas moram rugis aut instanti senectae afferet indomitaque morti, non si trecenis quotquot eunt dies, amice, places illacrimabilem Plutona tauris, qui ter amplum Geriona Ticionque tristi compescit unda, scilicet omnibus quicumque terrae munere vescimur enaviganda, sive reges sive inopes erimus coloni, frustra cruento Marte carebimus,..... frustra per autumnos nocentem corporibus metuemus austrum,.... linquenda tellus et domus et placens uxor, neque harum quas colis arborum te praeter invisas cupressus ulla brevem dominum sequetur». Haec oda LII<sup>1)</sup> in libro carminum satirus Venusinus. Bene ergo velox et intractabile, velox et irreparabile, quod nulla sanctitas, nulla pietas, nulla religio retrahit, nulla vis refrenat, quin per continua successivum momenta deficiat. Si otiosus es, tempus otium nescit, quia, ut alter ait, «nulla otia caelo»; si dormis, illud vigilat, si te curis exerces, illud mensura curarum est, denique quicquid agas sive non agas, tempus tamen semper agitur et nulla mora est. Et sic «dum loqueris potumque petis somnumque cibumque, tempora per tacitum fugiunt».

Sed et 3<sup>o</sup> designatur haec brevitas propter imminens periculum, nam sicut, ut superius diximus, a caeli et siderum motibus praefixus sit periodus vitae hominis, tamen innumerabiles pereminent casus, quibus ad exitum festinamus, ut paucissimos admodum vel non ullos esse, qui periodum vitae sua perficiant, satis sine ulteriori ratione persuasum esse jam debeat, ut bene sui nunquam acuminis immemor dixit Quintilianus: omnis dies per tacitas fallentesque horas nos applicat fato. At quid dicimus, quid tantis aliorum sententiis, quasi nihil a nobis videamur

1) Ркп. LIII; здесь идетъ обѣ одѣ II-й, 14; если включить въ счетъ и оды I-й книги, то читаемая придется LII-ой.

inniti? Hunc jejuna fames interficit, hunc supra mensuram sumptus cibus occidit, hic labore vincitur, ille otio torpescente marcescit, alium sitis arida, alium potus interficit, alter maximis procellis obruitur, ille igne succenditur, hic morbo deficit, hic ferro perimitur. Et ne casuum fortasse, qui humano capiti innumerabiles imminent, designatos esse (aliquos) velle nunc videar, non multa sed infinita sunt potius, quae nos ad exitus praefixos impellunt, quia, ut ait Statius [Theb. IX, 280], mille modis leti miseros mors una fatigat. Bene ergo, ut illuc unde orta est terminetur oratio, «breve et irreparabile tempus omnibus est vitae».

In hoc itaque tam fugaci et irreparabili vitae nostrae curriculo agamus aliquid, quod dum illa labitur, non labatur, ut exigamus nobis tandem secundum Horatium<sup>1)</sup> monumentum aere perennius, quod nec imber edax, nec aquilo impotens possit diruere, aut innumerabilis annorum series et fuga temporum, et eo praecipue, quo tam veloci cursu festinamus. Et ad servandum penes posteros nomen naturalis, ut dictum est, appetitus iam nos impellit; qua vero via hoc facere possimus, ille quem supra hujus sermonis ducem suscepi et tertia et ultima thematis parte nos docet dicens: «Sed famam extendere factis hoc virtutis opus». De qua siquidem pauca dicam, si patiemini, princeps inclite, vosque viri proceres et egregii; eo enim brevius ista transcurram, quo jam, ut Apuleius platonicus ait, mihi docendi non estis, sed admonendi, eoque securius, quo superioribus in locis sum a te, invictissime caesar, bene ac diligenter auditus.

Sed antequam de re dicere incipiam, illud mihi solvendum est, ne putaverit quispiam qualicumque me verborum blandimento ignavis gloriae fore suasorem: neque enim id dico, ut virtuti cuiquam aut claris rerum negotiis propter hanc solum mundi famam diligentia sit adhibenda, sed illud magis pertinere ad unumquemque talem esse, ut suas laudes nulla possit obscurare oblivio, nulla delere antiquitas, nulla oblivisci posteritas; nam,

---

1) Carm. III, 30.

etsi, ut quosdam philosophos putare ait Tullius, virtutis laus post defunctum morte suprema corpus nihil ad virtutem activam attinet, tales nos tamen esse decet, ut vitae et operum suorum exemplaria a nobis veniat acceptura posteritas, ut sic doctrinam doctrinae addendo, artem arti, exemplar exemplo, consilia continuo et vitae rationes excrescant, meliorque fiat successione temporum aetas nostra; sed illud pro modo sit, quale a nobis sancte ac religiose putari debere doctiores volunt. Ego vero satis intentioni meae persolvisse videbor, si qua via ad famam et gloriam tenditur juxta propositum thema exposuero, quia «famam extendere factis hoc virtutis opus». Sed quia coincidentia saepe vocabulorum fallimur, illud sciendum est, ut ad famam clare significandam veniamus, differentiam esse inter nomen, laudem, gloriam et famam: et enim nomen et laus mediocrium proprium rerum sunt, sed nomen est rei absentis, laus, proprie loquendo, praesentis, et fama et gloria sunt operum clarissimorum; sed est proprie gloria rei praesentis, fama vero absentis, et est fama quae foris extenditur, gloria vero quae a merente recipitur. Si vero quando coincidunt horum nominum significationes, hoc facit auctorum artificiosa eloquentia, quorum est de eadem remultiplicitate vocabulorum uti; quin immo ego saepe coincidam, idem enim pene sunt secundum subjectum, solum hac ratione differentia. Sed quia de fama solum et de fama post vitam est locus iste ultimus, quem vobis patientibus, caesar et proceres, paucis dictis expedio, illud sciendum est eadem pene ad veram famam requiri, quae requiruntur ad gloriam; quae autem sint, quae requirantur ad gloriam, ne verbis meis utendo ab alio traxisse videar, et quasi avis derisoria aliena me pluma vestire, audite, precor, Ciceronem meum 2º. de Officiis, ubi, cum multis primum de amicitia et benevolentia disputatis veniret ad gloriam, ait (De off. 2, 31): Summa igitur gloria et perfecta constat ex his tribus: si diligit multitudo, si fidem servat, si cum admiratione quadam honore dignos nos putant. Nota: si diligit multitudo, neque enim unius hominis dilectio proprie gloriam facit, nisi

elle fortasse sit homo potens, qualis est princeps, quia tunc «principibus placuisse viris non ultima laus est»<sup>1)</sup>. Si fidem servat, ne scilicet ad tempus, sed perpetuo sine metu aliquo suspicionis diligamur. Si cum admiratione quadam honore dignos nos putant, ut scilicet virtutes et operum nostrorum gesta supra humana fuisse ingenia et ultra quam natura concederet audientes pariter et videntes intelligent; quamquam et Terentianus ille Chremes<sup>2)</sup> humani a se nihil alienum putet, verum is est summus humanarum rerum gradus, cum virtus nostra tanti sit, ut plus semper videatur admirationis habere, quam gloriae. Sicut igitur tria sunt, quae nobis viventibus gloriam pariunt, sic et res ita gerere oportet, ut tria sint, quae servent nobis mortuis famam, ut scilicet diligit multitudo, non multitudo tantum civitatis aut patriae, sed ut dilectio haec ad nationes etiam exteras extendatur. Ea autem dilectio sit benivolentia, sicut et dum vivimus saepe diligimus quos non videmus, ita et nos diligent posteri, nobis congaudeant, saepe de nobis loquantur, imaginentur, contemplentur libenter, in nostra velint incidisse tempora, nobiscum habuisse colloquia, sicut et nos de praecedentibus facimus. Nam quis est hominum hodie, quem bene meritorum famae et gloriae ardor incendat, qui cum de Scipionibus, Leliis, Emilianis, Scauris, Corvinis, Metellis, Fabiis et divis ante omnia Juliis, aliisque illustribus aetatis priscae familiis audit, non totus in illorum ardorem efferveat, non illos vidisse velit, de quibus audire laetatur, in illorum tempora incidisse, illorum res gestas tanta claritate vidisse? At quis est praeterea, ut jam ad gymnasia studiorum veniam, qui cum Solones, Socrates, Platones, Pythagoras, Architas, Aristoteles aliosque divini potius quam humani ingenii viros audit, non illos diligat, non, cum illos legat, magna contempletur devotione vel doceatur? O virtutis praeclara conditio, ut quos illa sentimus prae-ditos, extinctos etiam meritis superstibus diligamus! Sed et fides

---

1) Horat. Epist. I, 17, 85.

2) Hautont. I, 1, 25.

servanda sit, ut scilicet nihil habeant posteri, unde virtutibus nostris detrahant, quinimmo illas pandere gaudeant, verbis attollere gloriososque de illis habere sermones: non sit nobis livor invidiae, sed aemulatio potius imitationis. Sed, et, tertio, cum admiratione quadam de nobis audiant posteri, ut gesta nostra vel scripta humana videantur transcendisse negotia; jam exinde condoleant aetati suae, jam fastidiant tempus, in quo vivunt, obstupescant, cum de nobis audiunt vel legunt, magna dicant talia a prioribus fieri potuisse vel dici. Quod si talia vivendo nobis pepererit virtus nostra, tunc in memoria hominum erimus, cum jam non erimus, tunc vivemus exticti, cum mortui erunt multi viventes. Verum enimvero, ut ait Sallustius, *is mihi demum vivere atque frui anima videtur, qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit.* Hic enim talis iam extictus vivit, quia vivet cum vate superstes gloria, *Metamorphoseos XV;* vivit vigetque fama rerum gestarum dicebat Titus Livius decadis tertiae libro V<sup>o</sup>. Erant verba L. Marcii ad congregatos post mortem duorum bello Hispano ducum praeclarissimum Gneii et Publpii Scipionum; ast alii etiam viventes exticti sunt. Erigat igitur aliquis, ut ait Valerius, *praemia virtutis,* cum videat tales viros felicius duxisse mori, quam vivere ignavos. Nihil ergo talibus viris brevitas temporis nocebit, quorum mortes longe maiores quam aliorum vitas posteritas aestimabit quique vitae brevitatem longitudine famae et diuturnitate nominis superabunt. Ita enim super proposita thematis particula Servius dicebat ideo amandas esse virtutes, ut vitae brevitas et famae et gloriae meritis possit augeri, quamquam, ut superius dixi, non ideo tantarum magnarum rerum et virtuosarum gesta suadeam, ut illae nobis hanc solum mundi gloriam pariant. Scio enim, ut statim sequitur, eam satis dignum praemium non esse virtutibus, verum eam ad bene res gerendas constat summos saepissime viros hortari. Nam mihi facti fama sat est Aeneidos VIII<sup>o</sup> [v. 194]. Admiranda enim et laudabilia multa fecit famae et gloriae cupiditas, Augustinus V<sup>o</sup> de Civitate Dei ca<sup>o</sup> XII<sup>o</sup>. Probet

igitur se ipsum homo et intra rationis suaे judicium virtutes suas examinet et in ea se, qua maxime pollere putet, exerceat. Si res militaris, si armorum strenuitas, si conservatio vel acquisitio pacis in populos, si ferri audacia magis illum deceat, vel salubritas consilii, si securitatis, si magnanimitatis, si magnificentiae, si constantiae, si moderationis, si audaciae, si justitiae, si fortitudinis, si denique omnium virtutum vel aliquarum saltem possit clarus executor existere, si etiam naturae secreta acutissimis investigationibus aperire, si res gestas scribere, si poetica fingere, si oratione disserere, si mechanicis etiam in artibus aliquid novum invenire, vel in inventis ceteros superare. Nemo igitur satis digne se excusaverit, cum tam multae variaeque sint artes, quibus, ut Sallustius ait, summa claritudo paratur. Denique ut jam ad unumquemque vestrum et ad te praecipue caesarem, cuius hic totus sermo est, loquatur Plinius (Epp. 1, 3, 4): Effinge aliquid et execute quod sit perpetuo tuum, nam cetera rerum tuarum post te alium atque alium dominum sortientur, hoc, scilicet virtutis opus, nunquam tuum esse desinet, si coeperit.

Hanc habui, ut jam verbis finem faciam, neve ut aliter ait usque ad fastidii necessitatem protendatur oratio, quae apud te, principum serenissime, vosque viros proceres et egregios ad virtutes exortatione loquerer. Credo enim, ut Philippicarum oratione prima Tullius meus ait (Ph. I, XII, 29), vos nobiles, magna quaedam spectantes, non pecuniam, ut quidam suspicantur, quae semper ab amplissimo quoque clarissimoque contempta est, nec opes violentas, sed caritatem civium et gloriam concupisse. Ea est autem gloria et laus recte factorum magnorumque in rem publicam meritorum, quae cum optimi cujusque, tum etiam multitudinis testimonio comprobatur, quin immo ea est gloria, quam ipse alio in loco clarius diffinivit orationum suarum oratione ultima et praeclarissima ad Julium Caesarem pro Marco Marcello. Et ex his aliqualem videre possumus differentiam inter gloriam et famam. Nam ponit famam in diffinitione gloriae (nolo tamen putatis oratorias diffinitiones esse logicales aut naturales); ait ergo

